ACTUM

ORATORIUM CRASTINO DIE

HORA IX ANTEMERIDIANA 1834

IN AUDITORIO MAIORI

GYMNASII BERNHARDINI

INSTITUENDUM

DECENTER INDICIT

JO. CONRAD. SCHAUBACH.

Observata in Scholia ad Germanici Caesaris phaenomena,

IV.



MEININGAE,

LITERIS KEYSSNERIANIS.

Sequuntur in hac prolusione capita *commentariorum ad Aratea phaenomena Germanici Caesaris de Cepheo, Pisce Notio, Thuribulo, Centauro, Hydra, Procyone, de planetis et circulo lacteo.*

18. *Cepheus.* Cepheus in ordine quarto loco positus est, quem Septentrionalis circulus occupat, a pedibus usque ad pectus; 1) reliquus medius est Arcturo, Aestivo circulo (leg. inter arcticum circulum et aestivum tropicum). 2) Fuit [ergo], sicut Euripides scribit, Aethiopum rex, Andromedae pater, qui filiam suam ad cetum dicitur exposuisse, quam Perseus salvavit; 3) eiusque causa et ipse pater beneficio Minervae sit (leg. est) astris illatus. Habet quidem stellas in capite splendidas duas, in singulis humeris singulas, in singulis manibus singulas claras, in singulis cubitis ob-

1) Cepheus in ordine quarto loco positus est. In codice, si recte lego, male: Hic in ordine, qui et vasto loco situs caet. Sens. Cepheus quartum sidus circa polum, seu intra circulum arcticum, i. e. secundum veterum opinionem, intra eum circulum, qui sidera semper supra horizontem versantia definit. Reliqua sunt Ursae et Draco, a quibus Aratus, et qui eum secuti sunt, exorditur. — 2) Reliquus medius ... tropicum. Ita legendum esse, apparet. Sens. Pedes polum tangunt, pectus circulum arcticum. Reliqua corporis pars extra hunc circulum sita est ad tropicum versus. Cod. Inter aestivi et tropici circulum. Eratosthenes, C. 15: τὸ δὲ λοιπὸν εἰς τὸ ἀνὰ μέσον πίπτει αὐτοῦ τοῦτε ἀρκτικοῦ καὶ θερινοῦ τροπικοῦ. Quae reiicienda esse putaveram in notis l. c. pg. 93, propter descriptionem sideris parum accuratam et distantiam tropici a Cephei capite nimis remotam. At, cum omnia, quae ad descriptionem siderum in his libris pertinent, leviter tantum exposita sint, non mihi dubium est, quin Eratosthenes horum verborum auctor sit. Praeterea notandum, arcticum circulum, qui Romae est, sideris pectus transire, Alexandriae lumbos. — 3) Qui filiam ... salvavit Cod. Cuius filia obiecta Ceto

obscuras singulas, in zona tres obliquatas, in dextra coxa unam, in sinistro genu duas, supra pedes quatuor, in ultimo pede unam. Sunt omnes XIX. 4)

40. *Piscis Notius.* Piscis magnus, cuius nepotes dicuntur Pisces, qui in circulo zodiaco constituti sunt, dicitur in astra collocatus eo, quod decidens in *Boeth* (leg. Bambyce) stagno *Phacetis* (leg. Derceto) filia Veneris, in Piscem sit transfigurata, quam Syri (leg. Syriam) deam nominaverunt. Quidam autem dicunt, quod de stagno filiam Veneris salutaverit. Unde usque hodie Syri Pisces argenteos in templo sacraverunt. Est autem signum in parte australi, quod Piscibus orientibus oritur, quem Piscem dicunt Aquarii urnae habere (leg. ebibere) effusionem. Habet autem stellas XII. e quibus una fertur esse sub pedibus Aquarii et tres in brachiis (leg. branchiis) ejus 1). Ipsae autem clariores esse caeteris noscuntur 2). *[Inter haec sunt astra, sive signa, quae Planetae appellantur 3)].

41.

Ceto a Perseo servata. — 4) Stellarum catalogum ita habet codex: In capite claras duas, in dextra Cephei manu I, in sinistra manu claram unam, in cubito obscuram unam, in sinistro humero I, in cincto tres obliquas, in dextra coxa II, in sinistro genu II, in pede ultimo I, super pedem . . . III, fiunt XVII, haec autem in septrionali climate posita sunt.

1) In codice initium corrupte legitur, hoc modo: Hic est, qui major vocatur, quem dicunt Aquarii fusionem urnae ebibere. Hic prima memoria κατα CANBICIM fuisse fertur, quod facetis, est transfigurata, quem Syri deam nominaverunt. Huius dicuntur et priores pisces duo ex genere esse, quos omnes ob eam, quod Veneris esset filia honorati erant, et in coelum retulerunt, eaque regione, pisces religiose coluntur, evoque argenteos sacram . . . templis. Nominat praeterea Cod. XXII. stellas. Male. Reliqua in eo omissa sunt. Vulgatam in omnibus secutus sum. Lego tantum cum Erasosthene c. 38. Bambyce pro Boeth, Derceto pr. Phacetis, ebibere pr. habere, Syriam deam pr. Syti deam cum Heynio (epist. ad Eratost. c. 38), et branchiis pr. brachiis cum Grotio (ad imag. pg. 62). — E quibus . . . sub pedibus Aquarii est stella a primi ordinis (Fomahand). — 2) Ipsae autem — — noscuntur. Distinctius videtur: Quae clariores caet. Sed nihil muto. — 3) Inter haec sunt astra caet. Quae de planetis hoc

loco

41. *Thuribulum.* Sacrarium [4] quod et Pharus dicitur, [5] est signum navigantibus semper contrarium, quod sequitur Scorpionis caudam. Quod quidam locatum inter astra dicunt, quod in eo dii primum mutuo coniurationem fecerunt [6], cum Jupiter contra Saturnum (bellum) fecit [7], quod memoriae non solum astris illatum, sed etiam hominibus hoc haberet institutum [8], quia in agonibus et ludis quinquennalibus coronae habentur, et foederis testes adhibentur, itemque vates, per quos futura respondentur in Symposiis domus (leg. domibusque) consecrantur [9] et iure Jupiter igneum sibi velamen, ne eius fulminum potentia deprehenderetur, adhibuit [10]. Habet stellas quatuor, duas in sup-

loco sequuntur, spuria sunt et reiicienda, sive legas cum vulgata inter haec sunt astra, sive cum codice haec sunt astra. Neque divinari poterit, qua ratione adductus quispiam haec verba apposuerit, nisi dixeris, auctorem huius scholii Hyginum ante oculos habuisse, ubi haec verba quidem in hoc sidere non occurrunt, sed ubi cap. 42, quod sequitur, ita incipit: Reliquum est nobis de quinque stellis, quas complures, ut erraticas, ita πλανήτας Graeci dixerunt. At Germanicus cum Eratosthene Arati ordinem servat. Aliter iudicat Grotius (l. c.). Legit enim: quae planta appellantur, atque addit: Sunt enim duae stellae vicinae plantae Aquarii, quarum una eam tangere videtur, cuius ipse Anonymus (i. e. Scholiastes Germanici) superius meminit, cum ait: Una fertur esse sub pedibus Aquarii.

4) Sacrarium h. l. pro ara, locus in templo, ubi sacra fiebant. Cic. pr. Milon. c. 31. — 5) Quod et Pharus dicitur. Verba ex margine illata grammatici sunt, qui iudicaverat, non solum Nili et Canobi, sed etiam Phari insulae memoriam in astris servandam esse propter turrim ibi ad navigantium salutem exstructam, cf. Strabo. l. 17. pg. *546* ed. *Casaub.* Plin. lib. 36. Sect. 18. Appellatur, addit Grotius (ad imag. pg. 67), Pharos πυρκαΐας καὶ λυχναψίας et φρυκτωρία. Deest hoc nomen in antiquioribus libris atque in Hygino. 6) Quod in eo — — fecerunt. Cod. hoc est, in quo dii caet. Mutuo delet Cod., pro quo scriptum erat: cum coniurationem facerent. — 7) Cum Jupiter — — bellum fecit. Bellum addidi sensu postulante. In libris omissum erat. — 8) Hoc haberet institutum. Cod. male Hoc habere instituerunt. — 9) Quia in agonibus — — consecrantur. Cod. si recte lego: Quod et in agonibus, sed et ludis caet. Mox: Coronae foederis testem adhibent, caet. tandem: Per quos per ignem futura responderent — — consecrant. — 10) Et iure Jupiter — — adhibuit. Obscura haec

superficie, in qua prunae esse dicuntur, duas in vase (leg. basi) eius[11].

42. *Centaurus.* Centaurus dicitur Saturni et Philyrae filius; nam Saturnus, cum Jovem filium quaereret in Thracia, cum Philyra, Oceani filia in equum versus dicitur concubuisse, et ex ea Chironem Centaurum natum, artis medicinae inventorem, ipsamque in arborem φιλυραν, hoc est, tiliam versam esse, et habitasse Chironem in Pelio monte inter homines aequissimum, a quo Aesculapius medicina, Achilles cithara, in astrologia Hercules [literis] instructi sunt. Cuius hospitio cum Hercules uteretur, sicut Antisthenes dicit, e pharetra sagitta lapsa dicitur pedem eius vulnerasse, acceptoque vulnere illum animam exhalasse, et ab Jove astris illatum. Est autem signum ad adspectum Sacrarii. Unde et ad idem Sacrarium sacrificare videtur[1]. Habet stellas in capite obscuras tres, in singulis humeris singulas claras, in dextro cubito unam, in eadem manu unam, in medio pectore unam, in spina duas, in ventre splendidas duas, in dextro lumbo claram unam, in cauda tres, in singulis genibus retrorsus (leg. posterioribus) duas, in utroque armo unam, in utrisque pedibus an-

haec et in codice omissa. — 11) Reliqua ita in Codice: Habet stellas quatuor, duas in carbonibus, duas in base. Vox eius deerat in codice. Vulgata. in vase. Eratosthenes ἐπὶ τῆς βάσεως. Hyginus in imo altaris.

1) In codice Eratosthenis verba translata erant, hoc modo: Hic est Chiron, qui dicitur Saturni et Phylirae filius, habitavit Pelium montem inter homines aequissimus magister Aesculapii et Achillis auctorque eorum, cuius hospicio Hercules ex pharetra delapsa sagitta pedem Chironis vulneravit, quo excid - - - immortalitate ab Jove astris in latus, in manu fert, quod therion appellatur, situs contra argo. Habet stellas in singulis humeris singulas et in cubitis singulas, in pectore IV, in reliquo corpore X, in pedibus II, in veste (leg. in ventre) VI, in thyrso IV, in bestiola, quam tenet in manu, in capite V, ipsius (si recte lego) in manu II. Reliqua, ut in vulgata. Numerus vero stellarum LIII. Fabula, ut initio huius capitis narratur, ig-

anterioribus singulas. [Fiunt omnes XXXIII. [2]]. Quidam arbitrantur [3], tenere in sinistra manu arma et Leporem, in dextra vero bestiolam, quae θηρίον appellatur, et βύρσαν, i. e. utrem vini plenum, in quo libabat diis in Sacrario. Habet autem stellas bestiola, in capite unam, in spina claram unam, in cauda duas, in summo pede pesteriore claram unam, in thyrso tres. Sunt omnes XXXIII.

43. *Hydra*, super cuius caudam Corvum sedere dicunt, et in medio Urnam asserunt, est signum in parte australi, caput deflexum habens ad Cancrum, cuius sinuosi corporis medietas est convexa [connexa vulg.] sub Leone, caudam vero extendit ad Centaurum, supra quam sedet Corvus, qui Corvus ideo inter astra collocatus dicitur, eo, quod fuerit in tutela Apollinis, a quo missus ad fontem, ut diis ad libandum aquam deferret. Cum vidisset arbores grossos ficus habentes, volans consedit in eis, donec maturae fierent [1] et aquam deferre distulit [2]. Post paucos autem dies peracto sacrificio, cum ille ficos comedisset [3], et se diis

ignota erat antiquissimis scriptoribus, Homero et Hesiodo. — 2) Fiunt omnes XXXIII. del. propter repetitionem in fine capitis, sed spuria videntur, si ad numerum stellarum atque ad Erasosthenis verba respicis. — 3) Quidam arbitrantur caet. Confunditur ab auctore antiquior illa imaginis descriptio, quae ab Eratosthene servata est, et quam sequitur in stellis enumerandis, cum recentiori, quam Grotius ex libri Susiani archetypo aeri incidi curavit. In illa enim Centaurum ad aram accedere et bestiolam sacrificare videmus; in hac vero fingitur (Grot. ad imag. pg. 68) „ut in dextra feram habeat et utrem ex brachio pendentem, quem βύρσαν vocabant, in manu vero sinistra thyrsum, et ex eo pendentem leporem.“ Bestiam Capella pantheram nominat. —

43. Hydra. 1) Codex fabulam ex Eratosthene ita exponit: Hoc signum communo est, quod est factum arcis. Honoratus est enim corvus ab Apollini sacrificio facto, de his respondenda adferre de lacu quodam, quod fuit castum, antequam vinum ostenderetur. Qui cum videret, et adfontem grossos arbores caet. Omnia corrupte scripta. — 2) Verba et aquam deferre distulit desunt in codice. — 3) Peracto — comedisset Cod. Peractos agros et ille ficos comedit, cum sensisset, se peccasse, eripit, ex eo fontem aquam attulit, cum ipso cratere di-

diis peccasse sensisset, denuo ad fontem, ut aquam hauriret, rediit, et ab Hydra exterritus vas vacuum reportavit, dicens, excessisse aquam, quae fuerat in fonte[4]. Cognoscens Apollo, sibi Corvum peccasse, prohibuit eum eo tempore, aquam bibere, ut Aristoteles dicit [5] in eo libro, qui de bestiis scribitur. Et Isidorus in naturalibus, vel in physicis [6], memoriae tradidit, quod ipse peccati poenas daret, qui et postea astris illatus est [7]. Crater autem in medio angue positus est; caudam autem anguis Corvus appetit rostro, neque potest juxta accedere, ut bibat [8]. Habet anguis stellas in capite, claras tres, in prima flexura sex et una ex iis obscura ad ultimum, in secunda flexura tres, in tertia quatuor, in quarta duas, in quinta usque ad caudam octo claras. Fiunt omnes XXVI [9]. Paululum sub prima flexura Crater sive Urna situs est, inclinatus ad genua Virginis. Habet stellas in labris obscuras duas, per singula latera tres, in fundo duas. Sunt omnes decem. Corvus autem, qui est ad ultimam eius caudam, spectans ad occasum, habet stellas, in capite claram unam, in ala duas, in cauda tres, in pedibus singulas ab unguibus. Sunt omnes VIII. Omnes simul fiunt XLIIII, (vulg. XLIII) [10].

44.

dicens caet. Haec accuratius mihi dicta videntur, quam vulgata lectio se diis peccasse. Cum tamen mox repetitur, Apollo sibi corvum peccasse pro in se, in deos, nolui emendare locum, sed hanc locutionem ex seriori latinitate profectam esse censeo. — 4) Quae fuerat in fonte. Cod. Quod fuerat caet. — 5) Cognoscens Apollo. — — ut Aristoteles caet. Cod. Aqua recognita, corvo inter homines ad paucum tempus dedit sitim, ut Aristoteles caet. 6) Et Isidorus caet. Cod Item in physicis caet. — 7) Quod ipse peccati p. d. Cod. ut ipse. — Qui - - - illatus est. Cod. Quem - - - intulit. — 8) Crater autem - - - positus est. Cod. corrupte caetera autem cum qua medio angue posuit. — Corvus appetit caet. Cod. in medio corvo rostro appetentem, neque posse iuxta adscendere, ut bibat. — 9) In capite clarus tres. Cod. in rostro — Et una ex iis. In cod. et deest. Summa additur in cod. XXVII. Male. — 10) Sub prima flexura caet. Cod. ultra. — Verba sive Urna desunt in cod. — Per singula latera. Cod. in medio et XII stellae. — Qui est - - - ad occasum. Cod. in cauda

da

44. *Procyon.* Hic Procyon dicitur, quia prior oritur, quam major Canis. Dicitur autem Orionis canis eique tributum, quod studio venandi sit deditus, ob quod Ursa (leg. Lepus) proxima paret et aliae bestiae. Habet stellas tres, quarum, quae prior est et eadem paret, ut Canis maior [idem et] Procyon vocatur, quod ante maiorem orta. Reliquae sunt in signorum circulo, quem sol percurrit in XII mensibus, quod et ipsa XII sunt. 11)

45. *Planetae.* Quinque stellis, quas planetas vocant, ob assiduos earum motus, quinque dies assignaverunt. De his (prima) *Phaenon* 12) dicitur, quem Heraclides Ponticus affert, (a) Prometheo pulcherimum fictum hominem. Quem cum occultuisset, et Cupido Jovi indicasset, missum Mercurium 13), qui eum, tanquam ad immortalitatem vocaret. Hic non ante annuit, quam positione accepta. Caelo igitur receptus et honoratus Jovis est stella, Phaenon. Secunda Phaethon, qui cognominatus dicitur a Solis filio Phaethonte post fulminis ictum caelo recepto. Hanc stellam quidam Saturni dicunt 14). Tertium situs Martis, quod

da spectans occasus, qui caet. — In capite. Cod. in acie — In ala Cod. in pennis. — In cauda tres. Cod. II tantum numerat. — In pedibus singulas ab unguibus Cod. singulas ad ungues. — Sunt omnes VIII, Codicis lectio. Vulgata modo VI numerat.

44. Procyon. 11) Hactenus scholia vulgata. Quae sequuntur de Procyone de planetis et circulo lacteo ex codice Burmanni adiunxi. Sunt, ut comparatione instituta apparet, ad verba *Eratosthenis* expressa, sed, ut reliqua, valde corrupta. In emendandis vero locis spuriis, quantum potui, Ms. lectionem secutus sum, reliqua Eratosthene duce restitui. Verba Cod. haec sunt: Hic prior dicitur, qui oritur, quam maior canis, qui Orionis canis dicitur, eique tributum, quod studio venandi et deditus, ob quod ursa et proxima paret, et alia bestia. Habet stellas III, cuius prior est, et eadem paret, ut canis maior, ideo et Prochyon vocatur, quod ante maiorem orta. Haec, quae sunt ab signorum circulo, quarum sols appellatur in XII mensibus, quod et ipse XII sunt.

45. Planetae. 12) Cf. Erat. cat. c. 43. et ibi not. Hyg. II, 42. De his prima Phaenon. Cod. de his hae non quae caet. — 13) Et Cupido --- missum Mercurium. Cod. Et cupido et vitio ut indicasset misit Mercurium caet. — 14) Hic non ante annuit Cod.

quod Pyrois vocatur, non maximam igneo colore, qui putatur, iuxta Venerem situs ex hac causa, quod cum Venerem petiisset, quam ipse Vulcanus haberet uxorem, permissum erat, ut sideribus ei esset iunctus. Pyrois dicitur a suo fervore et celeritate [15]. Quartum situs Veneris, Phosphorus, colore albo, maior omnibus sideribus, quod Hesperum et Phosphorum esse dicunt. Est autem et filius Aurorae et Cephali, quem ob amorem ex apice Hymetti montis rapuit et cum eo concubuit. Ex hoc caelo honoratus ex utrisque partibus Phosphorus et Hesperus est nominatus [16]. Quintum sidus Mercurii Stilbon vocatur, quod post illum, sed clarum. Mercurio autem tribuitur, quod hic primus constituit orbem caeli, et stellarum et horarum [17].

46. *Circulus lacteus,* Ostenditur autem inter caeli circulos unus, qui lacteus vocatur, quod albis nubibus denotatur. Quod Juno effudisse dicitur, cum audisset, Herculem filium suum non esse. Alii dicunt, factum, cum Ops Saturno lapidem pro Jove attulisset, dicens, hoc esse, quod peperisset. Qui (Saturnus) ob naturam cum non crederet, eam peperisse, (eam) mamillis elatis

Cod. qui non — Qui cognominatus caet. Cod. Qui cognominatur - - - post fulminis ictum caelo receptus. In Eratosthenis libello omissa est fabula de Prometheo. — 15) Tertium sidus — — iunctus. Cod. Tertium sidus Martis, qui Pyrois vocatur non maximum ignem colori, qui putatur iuxta Venerem situs, ex hac caussa petiisse, quod Venerem ipse Vulcanus haberet uxorem missa, de sideribus ei esset iunctus. — 16) Quod Hesperum Cod. quem H., sed ad sidus referendum est. Totus locus in codice corruptissimus hoc modo: Quartus sidus Veneris Bosphorus colore auro maior omnibus sideribus, quem Hesperum et Bosphorum esse dicunt. Est autem et caput ob Amorem ex apice rapuit et cum eo concubuit. Ex hoc caelo honoratus ex utrisque partibus Bosphorus et Hesperus vocatur. Cf. Ovid. Met. VII, 704. — 17) Quintum sidus Mercurii caet. Cod. hoc modo: Quintum sidus Mercurius vocatur, Stilboni vocator, quem post illam, sed clarnm Mercurio attributum, quod hic prius constituit orbem caeli, et stellarum et horarum. Stilbon vocatur.

elatis expressisse et ostendisse lac mirate effusum. [Est circuli albi species] 18).

46. Circulus lacteus. 18) Codicis verba haec sunt: Ostenditur autem inter caeli unius, qui lacteus vocatur, denotetur circulus eius. Quod Juno effusisse dicatur. Circubum, audisse Herculem filium suum non esse. Alii dicunt, Opem Saturno factum cum in lapides ei pro Jove attulit, dicens, hoc est, quod peperisset, qui ob naturam Saturnus non crederet, iam perisse mamillis elatus expressisse et ostendisse lacte mirate effusum. — Verba: Est circuli albi species otiosa repetitio esse videntur. Caeterum etiam hoc loco multa deesse arbitror, quae ex aliis pro lubitu addere non ausim, ne emendandi licentia latius procedere videatur.

Schul-

Schulactus.

Die acht kurzen Reden, welche morgen gehalten werden sollen, sind folgende:

Eduard Bach von hier spricht von den Mitteln, durch welche die Nationalität unter den Griechen erhalten worden ist, deutsch;

Friedrich Willing von hier von dem Todtengerichte der Aegypter über ihre verstorbenen Könige, lateinisch;

Franz Köhler von hier beantwortet die Frage, ob schon im Homer die Begriffe von Gott, als Schöpfer und Erhalter der Welt vorkommen? lateinisch;

Johann Hermann Krause von hier erzählt das Leben und die Verdienste des jüngeren Scipio Africanus, lateinisch;

Philipp Ferdinand Grahner von Neuhaus spricht von den Ursachen und Folgen des römischen Bundsgenossenkriegs, lateinisch;

Johann Ludwig Heim von Solz sucht zu zeigen, daſs kein Mensch vor dem Tode glücklich genannt werden könne, lateinisch;

Gottlieb Melzhaimer von Salzungen erzählt das Leben und das Schicksal des Tiberius Grachus, deutsch;

Johann Gottlieb Walch von Salzungen zeigt die Grundzüge des römischen Characters bis zu den punischen Kriegen, ebenfalls in deutscher Sprache.

Zu diesen kurzen Redeübungen lade ich alle Gönner und Freunde der Wissenschaften gehorsamst ein.

Meiningen, den 20. Jul. 1834.
